



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CCCXIII. Bestimmung Johann`s, Bischofs von Verden, wegen der Bekränzung der Klosterjungfrauen zu Diesdorf, vom 27. Februar 1467.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CCCXIII. Bestimmung Johann's, Bischofs von Verden, wegen der Befrönung der Klosterjungfrauen zu Diesdorf, vom 27. Februar 1467.

Johannes, dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Verdenfis, venerabilibus et Religiosis dominabus Priorisse et Conuentui Monasterii in Distorppe, nostre dyocesis, nobis in christo fidelibus et sincere dilectis Salutem et sinceram in domino caritatem. Illis paterna merito intendimus caritate, que pro Concordia et pace inter nobis subiectos conseruanda pio studio suaue sunt ordinanda, Dudum siquidem per nos accepto, quod inter vos occasione temporum Coronacionum virginum dicti monasterii Distorppe pro tempore fiendarum nonnullæ discensiones siue discordie fuerunt et sunt suborte, Ita videlicet, quod certe domine ex vobis Coronaciones virginum Coronandarum in Epiphanie domini, Alie in Ascensionis domini, Ac aliq̄ue in Assumpcionis beate Marie virginis, Ceteræ vero in Corporis christi festis fieri volunt, Nos igitur, qui cunctorum fidelium Concordiam et pacem ac ipsorum quietem et animarum salutem intensis desiderijs affectamus, necnon discensiones et Inuidie materiam maxime inter Sanctimoniales penitus succidere et amputare studemus, Omnes et singulas consuetudines circa tempora Coronacionum Virginum, scilicet quod in memoratis festis plus, quam aliis temporibus ipsas Coron(aciones) fieri volebat, inter vos tam Coniunctim quam diuisim vsque in presens quomodolibet habitas et obseruatas tamquam a Jure communi exorbitantes abolentes et abolendas fore censentes, talem Ordinacionem Inter vos vestrarumque in dicto Monasterio Distorppe successores erga tempora Coronacionum virginum Coronandarum in dicto Monasterio perpetuo Inuiolabiliter et eciam Irreuocabiliter obseruandam, Quod dum, quociens et quando in antea dicti Monasterii Distorppe virginum Coronaciones necessarie fuerint, Extunc prepositus pro tempore eiusdem Monasterii irrequisitis priorissa et Conuentu dicti Monasterii vnum diem bono publico dicti Monasterii competentem eliget, Ipsumque diem Electum priorisse et Conuentui eiusdem Monasterii Distorppe eciam pro tempore existentibus, Quodque pro vicario in pontificalibus ad Coronandum virgines in ipso Monasterio coronandas misisset, intimare debeat statuentium et decernendum duximus, prout statuimus et discernimus per presentes, vos et quemlibet vestrum penam Excommunicacionis ipso facto incurfure, si huiusmodi Ordinacioni nostre in toto seu in aliqua eius parte contraire presumpseritis seu altera vestrum presumpserit. Datum luneborch, Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Sexta feria post Dominicam Reminiscere, Nostro sub Sigillo presentibus Appenso.

Johannes oldewaghen,
Notarius manu propria scripsit.